

permitterentur^(a), si horum consiliis populi principesque se com-
mitterent^(b), non tot dissentionibus, non tantis utique bellis noster
hic orbis arderet^(c). quibus cum undequaque implicita ac perturbata
sint omnia, sola tua civitas saluberrimo consilio expers atque immu-
5 nis habetur: a quibus quandiu temporum abstinerit sese, vali-
diores continue floridioresque res suas videbit. hoc nimirum ita
futurum certa omnibus fides est, quod sapientissimus sit senatus,
prudentissimus sit^(d) dux eius, pacatissima plebs et ad summum ob-
sequens patribus, ac tu quoque is vir es qui consultor moderatorque
10 iis accesseris. itaque cum omnibus, ad quos spectare respublica Ve-
netorum potest, congaudendum sit, tum civibus tuis maxime atque
amicis tuis proprior^(e) est hec letitia. quibus cum explorata prius
esset benefaciendi voluntas, nunc cum voluntate coniunctam potesta-
tem vident. solet autem apud aliquos principum officium huiusce-
15 modi abiectum esse, propterea quod, cum omnia sine ratione, sine
doctrina fiant, ad ea tantum litteras exigunt, in quibus carere litteris
non possunt. apud populos tamen semper honestus est hic gradus,
et dignitas, ut apud alios quidem preclara, ita apud tuum amplissima,
penes quem magistratum sit omnium negotiorum, omnium rerum
20 conscientia atque ex magna parte consilium. què cum ita sint, ex
te tamen plus illi decoris ac dignitatis quam tibi ex illo eventurum
est. functi sunt enim ea sede plerique magni viri, quorum et
scripta extant et innumerabiles epistole. inter alios Benintendi hac
etate floruit, et doctrina sua et ex Francisco Petrarca cognitus, acri
25 vir ingenio promptaque oratione⁽¹⁾; post eum, nescio si quos pre-

Ove ciò s'avve-
rasse, il mondo non
sarebbe funestato
più da guerre e di-
scordie.

Solo Venezia n'è
libera, come v'ha
fiducia che si man-
terrà;

e ciò per merito
del doge, del se-
nato e del popolo,

ai cui consigli De-
siderato ora parte-
ciperà.

Dell'elezione sua
s'allieteranno so-
prattutto i cittadini
suoi e gli amici,
che in lui avranno
un benefattore ef-
ficace.

Chè se presso i
principi il cancel-
liero suol essere
un ufficio abietto,

esso gode di pre-
stigio presso i co-
muni, e soprattutto
a Venezia.

Desiderato però
gli conferirà mag-
gior splendore che
non gliene derivi.

Tra i suoi pre-
decessori, v'erano
uomini di chiara
fama, come il Be-
nintendi, amico del
Petrarca,

(a) BPR permittantur Cic. in marg. permitterentur (b) BPR committant Cic. in
marg. committerent (c) P (di prima mano). Ra ardeat (d) P Ra om. sit (e) B Ra prior

(1) Benintendi de' Ravagnani da Mi-
lano, amico del Petrarca, fu eletto
Cancellier Grande di Venezia il primo
luglio 1352, ed era già morto il 15 lu-
glio 1365. Egli fu autore della De-
clamatio *De Laude Venetorum*, del-
l'Istoria dell'assedio e della ricupera di
Zara, dell'Epistola dedicataria prefissa
alla *Cronaca* del Dandolo (*Rer. Ital.*
Script. XII, p. 10), del *Propositum*
factum coram rege Hungariae, e d'una

Cronaca (Cod. Marc. Lat. Class. XIV,
177) ch'è poco più d'una trascrizione
letterale di brani della *Cronaca* del
Dandolo con l'aggiunta di qualche os-
servazione (cf. G. VOIGT, *Die Brief-
sammlungen Petrarca's und des venezia-
nischen Staatskanzlers Benintendi in Ab-
handl. der k. Bayer. Akademie der Wis-
sensch.*, III, cl. XVI, Bd. 3, München,
1882, pp. 58 e 62; L. LAZZARINI, *Paolo*
de Bernardo cit., p. 24 sgg.).